



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

vij. Quibus modis beneficia vacent.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

verò in viui sacerdotis præben-
dam suam non abiurantis locū
sciens substitui se patitur, præ-
benda priuatur, & ab Ecclesia-
stica communione pellitur eo
ipso, quòd se passus est viuo sa-
cerdoti successorem dari.

Postremò non lateat, in cau-
sis quorumcunq; beneficiorum
procedi simpliciter & de pla-
no, sine strepitu & figura iu-
dicij.

QVIBVS MODIS

beneficia vacent,

TITVLVS VII.

A ne quis fortè ambigat,
quàdo beneficia vacare di-
cantur, huic quoque rei ex
parte satisfaciemus.

Vacare igitur potest benefi-
cium morte, vel renunciatione
eius, qui illud fuerat assecutus:
siue simplex sit renunciatio, si-
ue permutationis causà facta.

Item si pænæ causà ob deli-
ctum quis fuerit priuatus bene-
ficio. Item si quis ad Episco-
patum electus fuerit, & confir-
mationem electionis accepe-
rit, Ecclesiasticorumq; bonorū
administrationē habuerit, de-
curso tempore consecrandis E-
piscopis à Canonibus diffini-
to, is, ad quem spectat, benefi-
cia, quæ habebat, disponere li-
bere potest. Quin & genera-
liter, vbicunq; secundū benefi-
cium quis assequitur, quod vel

curā habeat, vel dignitatē anne-
xam, prius ipso iure vacabit, cui
vel dignitas, vel cura inhære-
bat: quod & infrà dicemus.

Episcopo quoq; ad aliam se-
dē propria authoritate se trans-
ferente, eiusq; possessionē ade-
pto, prior eius sedes vacua fiet.

Vacuū quoq; fiet beneficium
parrochū, differente eo, cui fue-
rat cōcessum, vltra annū sacer-
dotalis ordinis cōsociationem
assequi. Itē vacat beneficium
clerici, qui matrimonium con-
traxit. Nec deerunt fortè &
alij modi, qui studiosis lectori-
bus Canonicas constitutiones
diligenter inspicientibus oc-
current.

Illud sciendum, debere Epi-
scopum, aut alium, qui benefi-
cia conferat, modum exprime-
re, per quem beneficiū à se col-
latum vacet: nec satis fore, si di-
xerit, vacantem se Ecclesiam
conferre.

DE PROHIBITA BE-
nificiorum multiplicita-
te, & sectione,

TITVLVS VIII.

Sed & ne, dum clerici opibus
Ecclesiasticis supra modum
augentur, & plurium Eccle-
siarū curæ præficiuntur, vel ran-
to oneri succumbāt, & aliquas
ex Ecclesijs suis debito ministe-
rio destitutas esse patiātur, quæ
singulæ singulis creditē melius

a c. 1. extra.
de præb.

b de, dispen-
dios. m. de
iudic.

c c. susceptū.
de rescript.
in 6.

d to. t. de rer.
per.

e c. ex literis.
c. graue. de
excess. præ-
lat.

f c. cum in cū
tit. 6. cūm
uerò. de e-
lect.

g c. de multa:
ubi Abb. 3.
no. Extrat.
excerabilis.

h c. quanto. de
trāsla. Epi-
scop.

i c. licet canō.
c. cōmissa.
de elect. in
6.

k glos. c. 1. de
ele. coniug.
in 6. Ab. c.
1. extr. co.

l Bertram. cō
fil. 132. nu-
29. l. 2. Re-
bus. tit. ve-
quisita ad
collationē.
n. 61.